



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**REPERTO||RIVM LIBRORVM TRI||VM IOANNIS BOEMI DE  
OM||NIVM GENTIVM RITIBVS,||**

**Boehme, Johann**

**Augustæ Vindelicorum, 1520**

**VD16 VD16 B 6316**

Cap. Primvm De Evropa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98144)

LIBER TERCIVS DE EVROPEIS

MEMORABILIORIBVS GENTIBVS.

CAP. PRIMVM DE EVROPA.



OST Asiā ad Europam tertiam orbis partem stylus  
vertendus est appellatā ab Europa Agenoris Phoenici  
regis filia, quę a Ioue ex Aphrica rapta, in Cretā abducta  
fuit: ab occidente mari Athlantico claudit, a septentrio-  
ne oceano Brytannico, ab oriente Tanai, Meotide palu-  
de, & Ponto: a meridie Mediterraneo. Terra multiformis,  
& ad virorū virtutem ingenuę disposita: civiūq; &

Europę li-  
mites

Europę lau-  
des

habitabilis: in exigua tantū modo parte propter frigoris vim inhabitabilis:  
quę finitima Tahaidis & Meotidis incolis Borysthenensibusq; in curribus  
degentibus: habitabilis autē regionis id quod algidum est, & montanū labo-  
riose habitatur. Curatores autem probos suscipientia loca etiā prave habitata  
& per latrocinia mitiganē. Quemadmodū obtinentes Græci montes petras  
q; incoluerunt pulchre ob providentiā circa ciuilia artesq; & reliquū ad vi-  
tam sensum. Rhomani quoq; multas gentes accipientes, quę natura inhu-  
mę erant, ex ipsis locis asperis importuosisq; & frigidis, causaue alia male ha-  
bitatis infociabiles homines inter se, multis alijs admixtis connexuerunt.  
Et ciuilitate quidem viuere agrestiores durioresq; docuerunt. Quantum autē  
Europę ipsius in plano est, naturalemq; temperiem habet multū adiuuat ad  
ista: quę quidem id quod est in fœlici regione, pacificum omne est: & quod in  
tristi, pugna & virile: accipiuntq; hę gentes aliqua inter se beneficia: alię em̄  
opem armis ferunt, alię fructibus & artibus, morūq; doctrina. Manifesta ve-  
ro sunt etiam non auxiliantiū inuicem detrimenta. Habet superius quiddam  
vis arma tenentiū, nisi ea ipsa multitudine superetur: adestq; terrę ipsi etiā vi-  
tra hoc quiddam naturale bonum, quę ea sane omnis planicie, montibusq; di-  
stinguitur. Ita vt vsq; quaq; descriptibile & ciuile pugnaq; subiaceat: plusq;  
esse alterum, id scilicet, quę est pacis familiaris: ita vt hoc vincat adiuuantibus  
etiam ducibus, Græcorum prius, Macedonum vero Rhomanorūq; poste-  
rius. Ex hoc autem & ad pacem & ad bellum sufficientissima est sibi. Etenim  
multitudinem pugnacem abunde habet, & quę agros colat, & quę vrbes q; q;  
contineat: Excellit hæc & fructus afferens optimos, vitæq; necessarios: & me-  
talla quę cūq; vsui sunt, odores ad sacrificia, nec non multi sumptus lapillos  
ipsa extrinsecus petit. Quarum etiam rerum inopibus nihilo deterior, quę ab-  
undantibus est vita. Similiterq; pecudum exhibens mitium multarum co-  
piam: At bestiarum ferarumq; habet raritatem. Et talis quidem natura est  
Europę in vniuersum: particularis autem pars prima est omnium ab ortu  
Græcia.

Græci

Rhomani.

Hom̄ inge-  
nia scdm ter-  
rę ipsius in  
qua habitāt  
qualitatem  
formantur

Europa & ad  
pacem & ad  
bellū sibi  
sufficientissi-  
ma.  
Fructus  
Metalla  
Odores  
Gemme  
Pecudes  
Bestiæ